

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## LIBER

uastaret puinciam incommodi absolutionem ex pythia quæsisse. porro heraclem theoros: & quam memorauimus pythiam quoq; corrupisse pecuniis: ut dicerent tunc demū eos leuādos incōmodis: si & uiuum heraclidē Euthyphronis filium aurea corona honorarent: & uita functū ut heroē uenerarent. At ubi oraculum delatum est: nihil illos qui hanc scēnam finxerant inde esse lucratos. Continuo enim coronatum in theatro heraclidem stupidum amētemq; factū esse: theoros uero deuolutos interiisse: pythiamq; ipsa hora cum ascendisset in aditum draconis morsu continuo efflase animam: Atq; ista quidem de ipsius fine. Tradit aut Aristoxenus musicus illum tragoedias etiam scripsisse thespidisq; illas prænotasse titulo. Climæleon quoq; at illum sua furatū de homero & hesiodo scripsisse. Autodorus quoq; epicureus illum arguit eis cōtradicens quæ ille de iustitia scripsit. Insuper & Dionysius metathemenus aut spitarus ut qdam uolunt parthenopæū scribens Sophocli inscripsit. Ille ita credens in aliquo suorum opeꝝ eius testimoniis ueluti sophoclis utitur. Id sentiens illo negante & nō credente misit ex exemplari uidendos uersus: & ita se per omnia habebat. Amabat autem iste Dionysium. Verū ille neq; ita fidem accōmodans forte aiebat: & casu fieri posse: ut ita se haberet: rursus ad illum scripsit Dionysius: & hæc profecto comperies senex. Simia non capitur laqueo: capitur quidem: postq; tempus capitur: & ad hæc heraclides litteras ignorat: nec de eo erubescit. Fuerūt autem quatuordecim heraclides. primus hic ipse. Secundus conciuus huius qui pyrri-chas nugæq; composuit. Tertius cumanus qui persica quinque libris absoluit. Quartus cumanus orator qui artes rhetoricas scripsit. Quintus callicianus siue alexandrinus qui ex libris successionem explicauit: orationemq; lembenticam: Vnde & lembus uocabat. Sextus alexandrinus persicæ proprietatum scriptor. Septimus dialecticus bargyleites qui contra epicurum scribit. Octauus medicus icelius. Nonus medicus tarentinus epericus. Decimus poeticus q præcepta conscripsit. Vndecimus sculptor phocensis. Duodecimus argutus epigrammatum poeta. Tredecimus magnesijs qui scripsit mitridatica. Quatuordecimus q conscripsit de astrologia.

### LAERTII DIOGENIS DE VITIS PHILOSOPHORVM LIBER SEXTVS.

#### ANTISTHENES ANTISTHENIS ATHENIENSIS.

A

Ntisthenes Antisthenis filius atheniensis fuit. Dicebatur autē non esse indigena. Quod cum sibi probro daretur: dixisse fertur & deum mater phrygia est: uidebatur enim illius mater ex thracia. Vnde cum in tanagrensi pugna fortiter egisset: auctor fuit socrati ut diceret ex duobus atheniensibus ita fortē nunq̄